



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Doctrina Theologica D. Gummari Huygens In Quibusdam  
Speciminibus Exhibita**

**Amstelbeeck, Rudolf von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

§. 11. Doctrina D. Gummari Huygens De Actionibus referendis in Deum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39044**

*delibus inferioris notæ, quam sint hi : quæ omnia negabis, si hic cum S. Thoma loquaris. In his omnibus placet modus loquendi S. Aug. præ S. Thom. eo quod S. Thomæ hodie à quibusdam facilius trahatur ad patrocinium laxitatum.*

## §. 11.

*Doctrina D. Gummari Huygens  
De Actionibus referendis in  
Deum.*

**D**E his in dam. Comp. pag. 36. ait dilucidè & succinctè. *Omnia debent actu, vel virtute referri in Deum. Virtute, id est, actu tenui.*

Confirmat hæc Confer. 9. part. I. quæsito 3. pag. 42. *Citra dubium Dei Dominum respectu hominis perfectius erit. si omnia opera nostra in illius honorem dirigere debeamus; quam si ad hoc non obligemur : quare concludendum, quod extet ejusmodi obligatio, quia dominium Dei est perfectissimum.*

Stringit hæc arctius in dict. publicis, de quibus supra, quæst. 18. art. 2. obser. 1. actus vel ..... ex charitate, sive casta Dei dilectione refertur in Deum, & tum est bonus : vel non refertur, & erit malus. Sed in

infortunatè stringitur 7. inter damna-  
tas ab Alex. VIII. *Omnis humana actio de-*  
*liberata, est Dei dilectio, &c.* Dedi eam su-  
pra pag. 28.

## §. 12.

*Doctrina D. Gummari Huygens  
De differenda Absolutione Sa-  
cramentali.*

Circa Consuetudinarium pœnitentia-  
rem ita sibi objicit & resolvit in  
Methodo Tr. I. q. 4. dub. 4. pag. 73.  
Nam verò , quid si consuetudini immersus sine  
prævia vita mutatione, enarratis ex ordine peccatis,  
è vestigio ( ut in more positum quibusdam ) absolv-  
vi desideret ? Non est , quod absolutionem Confes-  
sarius acceleret ; etenim ut hoc pœnitentis deside-  
rio non obstante , iste coram Deo & verè absolvire-  
tur , necesse foret , ut esset conversus subito ; &  
tamen si nemo inficias ierit , quin hoc possit Deus ;  
attamen hoc ita fieri solitum post ejusmodi vita ge-  
nus , nemo quoque ausit afferere. Eò tendit ,  
ut numquam absolvatur consuetudina-  
rius extra casum necessitatis , nisi diu exer-  
citus pœnitentiæ operibus , & prævia  
emendatione vitæ , ut magis collige-  
tur ex dicendis.

Ad